

Eintragung im Einlaufregister der Stadt Nürnberg über den Empfang eines Schreibens der Stadt Dinkelsbühl von des ablaß wegen in zu verkunden.

Or.: NÜRNBERG, StA, Reichsstadt Nürnberg, Amts- und Standbücher 31 f. 97<sup>r</sup>.

Eintragung im Einlaufregister der Stadt Nürnberg über den Empfang eines Schreibens der Stadt Ulm in der von Weissenburg sach und des legaten furnemen.

Or.: NÜRNBERG, StA, Reichsstadt Nürnberg, Amts- und Standbücher 31 f. 97<sup>r</sup>.<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Ebendort f. 98<sup>r</sup> (1451 IV 28 oder kurz danach): Item aber 1 brief von Weissenburg mit einer copie eins proceß wider sie ausgangen. Zur Sache s.u. Nr. 1205.

NvK an alle Christgläubigen. Er gibt in Ausführung des ihm durch Nikolaus V. anvertrauten Auftrages<sup>1)</sup> seine Entscheidung im Streit zwischen B. Johann von Eichstätt und dem Domkapitel bekannt.

Kop. (15. Jh.): EICHSTÄTT, Diözesanarchiv, B 48<sup>VIII</sup> (s.o. Nr. 998) f. 132<sup>r</sup>-133<sup>r</sup> (= E<sub>1</sub>); (als Insert in einer ergänzenden Erklärung des NvK 1452 VIII 3, s.u. in Acta Cusana II/1 unter diesem Datum; Kop. 15. Jh.): EICHSTÄTT, Diözesanarchiv, B 48<sup>VIII</sup> (s.o.) f. 134<sup>v</sup>-135<sup>v</sup> (= E<sub>2</sub>); (um 1700): EICHSTÄTT, Diözesanarchiv, B 138a (unfoliiert, Libell des Notars Job. Dietmair mit Auszügen aus alten Büchern), eingelegtes Blatt zur ersten Seite, die u.a. einen kurzen Extrakt, nach Ausweis der zitierten Seitenzahl: aus dem Statutendruck Hain, Repertorium Nr. 15031 (s.u. bei den Drucken), enthält; im übrigen der Extrakt noch einmal weiter hinten in einem Heft mit Regesten aus dem Jahre 1700, die in denselben Zusammenhang gehören; (1713): EICHSTÄTT, Diözesanarchiv, Akt n 39 (notarielle Abschrift aus einem Statutendruck samt längerem Extrakt); (1747 II 22 als notarielle Abschrift von Or.): NÜRNBERG, StA, Eichstätter Urkunden 1451 IV 8 (bis 1973 im HStA München; Provenienz: Domkapitel) (= N<sub>1</sub>); (18. Jh.): ebendort, zwei formlose Abschriften (Provenienz: Domkapitel) (= N<sub>2</sub>N<sub>3</sub>); (18. Jh.): BRIXEN, Priesterseminar, Hs. D 11 p. 370-373 (Resch, aus Falckenstein; s.u. bei den Drucken). Vgl. im übrigen insgesamt oben Nr. 998.

Druck: Statuta synodalia Eystettensia cum statutis synodalibus Moguntinis 1484 (Hain, Repertorium Nr. 15029) f. 17<sup>r</sup>-18<sup>r</sup> (rechts unter dem Text: H. Pomert) (= Dr); ebenso (Hain, Repertorium Nr. 15030) f. 13<sup>r</sup>-14<sup>r</sup>; (Basel, Michael Furter, bis 1496 = Hain, Repertorium Nr. 15031) f. 23<sup>r</sup>-24<sup>v</sup> (zu diesen Drucken s.u. Nr. 2064 zu Textfassung A I 2 b); Falckenstein, Codex diplomaticus 265f. Nr. CCCXXVI; (danach) EICHSTÄTT, Diözesanarchiv, Hs. ad 1451, Einzeldruck, wohl 1747, für einen Prozeß des Domkapitels gegen den Fürstbischof um die Jurisdiktion des Domdechanten 1746-1753 in Wien und Rom (freundl. Mitteilungen durch Brun Appel).

Erw.: Georgisch, Regesta II 1155 n. 19 ad a. 1452; Eichstätter Wochenblatt 1794, Nr. 13; Binterim, Pragmatische Geschichte VII 246f.; Suttner, Versuch einer Conciliengeschichte 132 und 135; Sax, Bischöfe I 314-316; Uebinger, Kardinallegat 640; Buchner, Johann III. 3; Bruggaier, Wahlkapitulatio- nen 41 und 77-79; Vansteenberghe 126 und 484; Sax-Bleicher, Geschichte 186f.; Pölnitz, Bischöfliche Reformarbeit 83 und 88; Koch, Umwelt 121; Reiter, Rezeption 221f.; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 94; Buchholz-Jobanek, Geistliche Richter 157-159.

Als Textgrundlage wurde E<sub>1</sub> gewählt. Nur an wenigen Stellen weichen E<sub>2</sub>N<sub>1</sub>N<sub>2</sub>N<sub>3</sub>Dr gruppenweise davon ab. Lediglich solche Lesarten sind im Apparat berücksichtigt.

Cunctorum fidelium nostre legacioni subditorum pacem summopere desiderantes, illos precipue ex iniuncto nobis officio in pacis dulcedine unire obligamur, quorum discordia et ecclesiarum dis-

pendium et fidei populo exemplum prebet perniciosum. Nuper siquidem lite et causa inter reverendum in Christo patrem dominum Iohannem episcopum ex una ac venerabiles in Christo nobis dilectos prepositum, decanum et capitulum ecclesie Eystetensis ex altera partibus de et super iurisdictione singulorum canonicorum atque cleri civitatis Eystetensis necnon quibusdam statutis synodali- 5 bus per eundem dominum Iohannem episcopum promulgatis et illorum occasione coram certo sanctissimi domini nostri domini Nicolai pape quinti cappellano sacrique pallacii apostolici auditore in Romana curia indecisa pendente idem sanctissimus dominus noster papa suis litteris apostolicis nobis inter alia specialiter dedit in mandatis, ut nos causam illam a quibuscumque iudicibus advo- 10 cantes litem huiusmodi extingueremus et ipsius cause meritis diligenter perscrutatis illa statueremus et ordinaremus, que ad dictarum parcium concordiam ac dicte ecclesie Eystetensis utilitatem singularumque ipsius personarum salutem tendere videremus.

Nos igitur, qui apostolica mandata cum debita veneratione recipere eisque obedire tenemur, de meritis cause predicte iuxta mandatum apostolicum huiusmodi informati consideratisque dicte cause 15 circumstanciis universis auctoritate apostolica nobis in hac parte specialiter concessa in earundem parcium presencia ordinavimus, statuimus et pronunciamus, prout in quadam papiri cedula per nos subscripta ac eisdem partibus tradita plenius continetur. Cuius cedule tenor sequitur de verbo ad verbum et est talis:

Nos Nicolaus miseracione divina sacrosancte Romane ecclesie tituli sancti Petri ad 20 vincula presbiter cardinalis per Almaniam apostolice sedis legatus per potestatem nobis a sanctissimo domino nostro papa traditam ordinamus, ut sequitur, et precipimus sub pena suspensionis ab ingressu ecclesie et percepcione fructuum beneficiorum late sentencie a partibus infra nominatis omnia inviolabiliter observari.

Primo virtute specialis commissionis nobis a sanctissimo domino nostro facte advo- 25 camus ad nos omnes causas in Romana curia aut alibi inter reverendum patrem dominum Iohannem episcopum Eystetensem et venerabile capitulum suum pendentes et lites penitus extingwimus. Item tollimus omnia mandata tam domini episcopi quam decani, que quomodolibet impedire possent per nos inferius ordinanda, volentes notarios approbatos et curatos execuciones officiorum et mandatorum libere facere posse 30 uti ante hanc dissensionem.

Item volumus, quod si que reperiuntur ordinaciones sive per dominum episcopum sive decanum aut alium quemcumque ex canonicis solemniter aut alias iurate, que impedimenta prestant, quominus animarum salus, honor dei et ecclesie Eystetensis decor et utilitas procurari possint, quod ille tales ordinaciones sint penitus casse et iuratum 35 minime constringant et ab illis talibus iuramentis illicitis omnes, qui iurarunt, absolvimus.

Item volumus, quod statuta synodalia per reverendum patrem dominum Iohannem episcopum edita<sup>2)</sup> et a nobis visa et in paucis penis moderata a venerabili capitulo Eystetensi et a toto clero civitatis et diocesis recipiantur et observentur; quibus quidem statutis nos robur confirmacionis adicimus. 40

Item volumus, quod decanus Eystetensis habeat liberam potestatem corrigendi in omnibus casibus episcopo specialiter de iure non reservatis omnes clericos delinquentes civitatis Eystetensis, sive fuerint canonici maioris ecclesie sive alii clerici, ita tamen, quod penas statutorum synodaliu et iuris scripti in casibus, ubi provisum reperitur, corrigendo exequatur et in illa correctione per dominum episcopum impediri non debet.<sup>3)</sup> 45

Precipimus eciam, ut eam diligenter faciat, quod, si cum competentis termini prefixione per dominum episcopum monitus, ut delinquentes et nominatim expressos in monicione corrigat, negligens fuerit, extunc lapso termino libera sit corrigendi potestas apud dominum episcopum, cui similiter precipimus, ut eam, uti ex credito officio tenetur, sollicitate facere procuret. 50



Item volumus, quod si aliquis canonicorum maioris ecclesie tractus fuerit civiliter in causam ad partis instanciam coram officiali domini episcopi, quod ille canonicus, si  
55 pecierit, ad suum decanum remitti debeat et officialis de causa illa post petitionem remissionis huiusmodi se intromittere non debet nisi in casu negligencie decani aut appellacionis ab eodem. In aliis autem clericis civitatis liberum sit actori trahere reum in ius coram domino episcopo aut eius officiali aut coram decano. Quod si tractus  
60 officialis eius nisi in casu negligencie et appellacionis. Verum si causa talis fuerit, quod ipsa tum ex antiqua consuetudine tum eciam de iure scripto debeat tractari in consistorio domini episcopi et de qua decani hactenus se non intromiserunt, tunc decanus proposicione actoris audita immediate causam ad consistorium domini episcopi remittere teneatur.

65 Item reservamus nobis per totum tempus legacionis nostre potestatem premissa interpretandi et declarandi ac alia, que iudicaverimus oportuna pro bono ecclesie Eystentensis et singulorum servitorum dei et subditorum ecclesie illius, corrigendi, statuendi et ordinandi.

Item volumus, quod quibuscumque preteritis non obstantibus, que proinde habeantur, ac si nunquam intervenissent, amplius plena et solida esse debeat inter reverendum patrem dominum Iohannem episcopum et venerabile capitulum suum tanquam  
70 inter caput et prima sua membra firma et veri amoris connexio, ita quod cum paternis favoribus dominus episcopus capitulum suum et quemlibet ex canonicis prosequatur canonicique ipsi, ut decet obedientes et fideles filios, episcopum eorum venerentur sibi  
75 bique in licitis et honestis obediant, et que ecclesiam et eius utilitatem respiciunt, unanimes consensu sollicito procurent, et que ad hoc fuerint oportuna, mutuo aperiant, communicent et tractent, in omnibus ad solum deum, publicam utilitatem ecclesie et animarum salutem respicientes. Tunc deo assistente nichil advenire poterit adversitatis, quominus ecclesia ipsa salubriter augeatur et in pace conservetur, quam concedat  
80 Christus deus pax nostra in eternum benedictus.

Quam quidem pronunciacionem et ordinacionem nostras tam episcopus primo quam eciam deinde capitulum cum graciaram actione reverenter acceptarunt seque sic, ut premittitur, absque defectu acturos et pronuciata observaturos palam et publice profitebantur.<sup>4)</sup>

---

60 talis fuerit: fuerit talis *N<sub>1-3</sub>Dr* 66 ac: et *N<sub>1-3</sub>Dr* 69 proinde: perinde *N<sub>1</sub>Dr* 81 primo *fehlt N<sub>1-3</sub>Dr*.

---

<sup>1)</sup> 1451 II 3; s.o. Nr. 998 sowie Nr. 1124.

<sup>2)</sup> So auf der Diözesansynode von 1447; vgl. hierzu Buchholz-Jobanek, *Geistliche Richter* 157. Die wiederholt geäußerte Annahme, anlässlich des Aufenthaltes des NvK in Eichstätt habe eine Diözesansynode stattgefunden (Suttner, *Versuch einer Conciliengeschichte* 132; Buchner, *Jobann III. 3*; Reiter, *Rezeption* 222), scheint neben der entsprechenden Nachricht bei Kuen, *Collectio Scriptorum V pars II* 20 (nach Franciscus Petri; s.u. Nr. 2049) vor allem auf Z. 38f. zurückzugeben, obwohl diese auch auf eine frühere Synode bezogen werden könnten.

<sup>3)</sup> Noch 1592 nahm der Eichstätter Bischof Kaspar von Seckendorf den Abschnitt Z. 42–47 in seine Wahlkapitulation auf; Brugger, *Wahlkapitulationen* 79.

<sup>4)</sup> Am 26. Juni 1452 mußte NvK das Kapitel zur Einhaltung seiner Anordnungen Nr. 1184 ermahnen; s.u. unter diesem Datum. Dort auch zum Fortgang der Sache; desgleichen Buchholz-Jobanek, *Geistliche Richter* 159–161.